Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



qi exactor. nec usuris opprimes. Si pig
nus a proximo tuo accepis uestimentum
ante solis occasum reddes ei. Ipse enim est
solum quo operitur indumentum car
nis eius nec habet aliud in quo dormiat.
Si clamauerit ad me exaudiam eum. q
a misericors sum. Dis non detrahes. et
principi populi tui non maledices. Deci
mas tuas et primicias non tardabis
offerre. Primogenitum filiorum tuorum
dabis mihi. Debob; quoq; et ouibus
similiter facies. Septem diebus sit cum
matre sua. die octauo reddes mihi il
lum. XXIII
Viri sancti eritis mihi. Carnem
que a bestiis fuerit prepuitata.
non comedetis sed proiicietis canibus. Non
suscipies uocem mendacii. nec iungas
manum tuam. ut pro impio dicas fal
sum testimonium. Non sequeris turbam
ad faciendum malum. nec in iudicio
plurimorum acquiescens sententie. ut
auertas deuies. Pauperis quoq; non mi
sereberis in iudicio. Si occurreris bo
ui inimici tui aut asino erranti redde
ad eum. Si uideris asinum odientis
te iacere sub onere non pertransibis sed
subleuabis cum eo. Non declinabis in
iudicio pauperis. Mendacium fugies.
Insontem et iustum non occides. q
a auersor impium. Nec accipies mu
nera que excecant etiam prudentes
et subuertunt uerba iustorum. Peregri
no molestus non eris. Scitis enim ad
uenarum animas quia et ipsi peregri
ni fuistis in terra egypti. Sex annis
seminabis terram tuam. et congre
gabis fruges eius. anno autem sep
timo dimittes eam. et requiescet fa
cies ut comedant pauperes populi tui.
et quicquid reliquum fuerit edent
bestie agri. Ita facies in uinea. et in olei
ueto tuo. Sex diebus operabis. septima
autem die. septima autem die cessabis
ut requiescat bos et asinus tuus. et re
frigeretur filius ancille tue et adue
na. Omnia que dixi uobis custodite.
et nomen externorum deorum non inuocabi
tis nec audiet ex ore tuo. Tribus uicibus
per singulos annos mihi festa celebra
bitis. Sollempnitatem azimorum custo
dies. Septem diebus comedes azima.
sicut preceptum tibi. tempore mensis nouorum
quando egressus es de egypto. Non apparebis
in conspectu meo uacuus. Et sollem
nitatem mensis primitiuorum operis tui
. quecumque seminauerit in agro. sol
lempnitatem quoque messium anni.
quando congregauerit omnes fruges tu
as de agro. Ter in anno apparebit omne
masculinum tuum coram domino
deo tuo. Non immolabis super fermen
to sanguinem uictime tue. nec remane
bit adeps sollempnitatis mee usque
mane. Primicias frugum terre tue
deferes in domum domini dei tui. Non
coques hedum in lacte matris sue.
Ecce ego mittam angelum meum qui
precedet te et custodiat in uia. et in
troducat ad locum quem paraui. Ob
serua eum et audi uocem eius. nec
contemnendum putes. quia non
dimittet te cum peccaueris. et est no
men meum in illo. Quod si audie
ris uocem eius. et feceris omnia que
loquor. inimicus ero inimicis tuis.
et affligam affligentes te. precedet
te angelus meus et introducet te ad a
morreum et eueum et cetheum et fere
zeum et iebuseum et chananeum quos
ego conteram. Non adorabis deos e
orum. nec coles eos. nec facies opera eorum